

mundi rapuit, adhuc se posse etiam baptizatos suscipere præsumit. Nam ore pestiferæ persuasionis quotidie deorat, in quibus à confessione fidei vita reprobatur, & discordat. Deniq; bellum continuam gerimus contra mundum, carnem, & spirituales nequitias, inimicos fortissimos, alios inuisibiles, alios domesticos, qui plurimum vincunt, quia non fatigantur, raro vincuntur. In tantis ergo periculis constituti, quis ratio ne fretus non timebit? Nam si iustus vix saluabitur, impius, & peccator ubi parebit? ait Petrus 1. Pet. 4.

Timor & negligentiam excutiamus, assumemus timorem, non quidem desperatum, sed quomam erit saluari apud homines non de modo diffidit, sed impossibile est, sed speratus apud dominum omnia possibilia sunt. & timor Matt. 19. Timorem ergo nostrum spes sustentet ne desinat in desperationem, & spem timor deprimat, ne euanescat in præsumptionem, vtrunq; spes, & timor nos a somno, & torpore negligentie excitet, ne inertia pereamus. Recordamini quod non dormientibus, neque fatuis, non inertibus, aut pigris, sed vigilantibus laborantibus, legitime certantibus, corona regni debetur Regnum in celorum vim patitur, & violenti rapiunt illud, ait veritas Matth 11 Et præco veritatis: Nemo coronabitur nisi qui legitime certauerit 2. Timot 2. Quomodo pleni peccatis saluari præsumimus sine labore, cum ille, qui peccatum non fecit, non sine maximo labore, & penitentia in gloriam introiuit, vt tangit Gre. in homil. Itaq; excitati à somno peccati, & negligentie. Primum cum ceco nostro ad dominum transeuntes vt ad agenda illuminemur, clamemus. Deinde illuminati in bonis proficiendo illum fortiter sequamur. Nihil nos terreat, qui illum præcedunt. Nos sequamur quatenus suo ductu ad gaudia venire mereamur æterna.

Amen.

DOMINICA IN QUINQUAGESIMA. Sermo. II. in ordine. XXIII.

VIDIT, & sequebatur illum. Lucæ 18.

In hoc tempore luctus, quomater ecclesia plangit flebilem hominis ex casu Adæ conditionem, non modo flere debemus filii cum fleret matre, sed & vt miseriam, quam incidere valeamus euadere, & ad amissa venire gaudia, laborare. Eiectus nanque homo de voluptatis loco, gratuitis spoliatus in naturalibus vulneratus, adhuc qualicumq; desiderio naturali ad amissam beatitudinem tendit. Alioquin quomodo in omnibus, quæ prosequitur, bonum aliquod appeteret, vt dicitur 1. Ethic. Sed cæcus iuxta viam sedet. Cæcus vtputa nesciens, & ignorans vbi verum bonum quod appetit inueniat. Luxta viam sedet, quia talis & transitoris adhæret delectationibus, quæ non sunt via ad illud verum summum, & delectabile bonum, sed deuia quedam. De quo Boet 3. de cons. profa. 2. Est inquit metibus hominum veri boni naturaliter inserta cupiditas, sed ad falsa deuius error abducit. & profa. 3. Ad verum bonum naturalis ducit intentio, & ab eo multiplex error abducit, immo excecat, quia teste Aug. sermone 18. de verbis euangelii, cupiditas, auaritia, iniquitas, concupiscentia secularis (glosa Cupiditas voluptatis, auaritia rei mutiis, iniquitas opprimentis potentie, concupiscentia secularis superbia) turbat claudit, excecat oculum cordis, & tamen hæc sunt, quibus homines ceci tantamquam bonis adherent, sed misericos dominus, dum pro huius cæci illuminatione, atq; deiectione erectione placuit ad propinquare Hiericho per infirmæ ac mortalis carnis nostræ assumptione, vt vult Greg. in homil. Hiericho enim, quæ Luna interpretatur, defectum nostræ mortalitatis designat. Dû ergo in carnem venit, qui via, veritas est, & vita. Ioan. 14 quia vita hominem sedentem ad se desy

De humani generis excecatione peccati.